

profecto si nō patriā uictā domū certe: prēq;
et foedera Amilcaris scripta manu qui iussu
a consule nro praesidiū deduxit ab Eryce: qui
graves impositas uictis carthaginēsis leges
fremens incerensq; accepit: Qui decederē Sici-
lia: qui stipendiū populo romano darē pactus
est: atq; uos ego milites: nō eo solū aīo: quo
aduersus alios hostes soletis pugnār uelim:
sed cū indignationē quadā: atq; na uelut si ser-
uos uideatis uestros arma repente contra uos
ferentes: licuit si uoluissēmus: ad Erycē clau-
sos ultimo supplicio humanorū fame interfi-
cere: licuit classem uicticē in africā traicerē:
atq; intra paucos dies sine ullo certaminē Car-
thaginē delere: ueniā dedimus precantibus:
ernissimusq; ex obsidione: pacē cū uictis feci-
mus: tutele nre deinde duximus cū africo
bello urgerent: Pro his impartitis furiosus
iuuenē sequētes oppugnatū patriā nostram
ueniūt: atq; utinā p decor nobis hoc tantum
& non pro salute esset certamen: Nō de posses-
sione Siciliae ac Sardinie: de quib; quondam
agebatur: sed italia uobis est pugnandum:
Nec est alius atergo exercitus: qui nisi nos uinci